Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8162
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



275

De etate equorum et equarum

Reges equorum et equarum qui hire voluit primum ut ait Varro spiritum oportet etatem videlicet ne sint minores trium vel maiores .x. annorum. Et tunc cognoscat equorum et fere omnium qui ungulas indivisas habent et tunc cognoscitur ut idem ait et similiter paladius quod equus in .xxx. mensibus primi dentes medios dicunt amittit duos superiores et totidem inferiores incipientes circa tertium annum eiciunt totidem primos et primi eiecti renascuntur. Et in alio anno incipiunt amittere similiter alios quatuor. s. duos superiores et duos inferiores pedes primos qui renascentes cum anno impleri incipiunt. Septimo omnes hire renatos et completos esse.

Cum autem sint maiores cuius etatis sint intelligi negatur posse quia tunc dentes sunt facti brochi vel planiti et supercilia oculorum et sub eis latus vel concavitas quod cum apparuerit dicunt hire annos .xvi. Vir autem peritus et exercitatus in tribus dicit quod equus habet .xii. dentes scilicet sex superiores et sex inferiores qui omnes sunt antiores cum quibus cognoscitur etates et tempora equorum. Deinde habet scalones et post illos habet molares et potest esse quod quidam equi plures habent et tunc dentes sunt dupli. Et potest esse quod equus eiciat cum his aliquos et amplius non renascuntur et non nocet equo nisi ad pascendum quia ipsi per dentes antiores pascuntur et ideo erit minoris precii. Et masticare equorum est per dentes molares. Dentes autem primi quos mutat sunt duo superiores et duo inferiores qui vocantur primi morsus et tunc vocatur pullus primi morsus quidem sicut dicit secundo anno et postea mutat alios quatuor dentes proximos scilicet duos superiores qui vocantur medii vel secundi morsus et tunc vocatur pullus secundi morsus. Deinde mutat alios quatuor scilicet duos superiores et duos inferiores qui vocantur quadruplii vel tertius morsus et tunc vocatur equus. Et quando pullus nascitur cum nunchis nascitur et postea nascuntur scalones. Et quidem isti scalones nascuntur nimis longi adeo quod equus impedit animam molere et impinguari propter quod marischalci scalones resecant et quando pullus suus est equus dentes eius sunt nigriores et capilli dentium sunt nigri et elongantur et per aliquos annos stabunt nigri et cum incipit senescere color dentium vertitur ad albedinem et transit ad colorem mellis et post hoc sunt albi ut